

ex eo est, quia per eos dispensantur, iuxta Regum Catholicorum approbationem, beneplacitum, & dispositionem: vt patet in Bulla Adriani. 6. de qua verbo. Reges Catholici. Et cum Pius. 5. ad instantiam Regis Philippi. 2. concesserit Fratribus facultatem & licentiam Parochi Officium exercendi: non est credendum Pontificem Gregorium. 13. per suam constitutione Regia priuilegia derogare voluisse [Rege incōsulto & insalutato] secundum cōsuetudinem Sacrorum Conciliorum, & Regularum Cancellarie decernentium in derogationibus communibus priuilegiorum, Regia & Imperialia priuilegia non derogari, nisi specificē & nominatim de eis fiat mentio.

¶ Eodem vero tempore quo hec Mexici per Patres & Reuerendissimos Episcopos pertractabantur, Regia auctoritate de opportuno remedio fuit prouisum. Nam Rex Catholicus Philippus 2. peculiari Regioq; mandato precepit vt Religiosi permitterentur Apostolicis vti priuilegijs & facultate administrandi Sacramenta, Officiumque Parochi exercendi vt patet in sequenti Scheda.

CEDVLA DE SV. MAGESTAD. PARA

¶ \* \*

que